

*Te ipsum judica.* turpiorum, deterioremque se judicat, quia non nescit, si quid boni in ipsa sit id nō suū, sed Dei esse. Proinde ante omnia vos ipsos considerate, nequaquam a. proximū, & præcipuè illius peccata: ne forte in amaritudine animi proximum vestrum judicetis: unde gravissimæ & miserabiles in anima existunt calamitates. Avertite ergo, avertite vos, per Deum, ab illis, potiusque vos ipsos intuemini ac dispicite an non in eodem luto hæreatis, aut aliquando hæseritis. Quod si est, fac cogites Deum ex tuorū vitiorum in alijs observatione & conspectu, voluisse te pervenire in agnitionem tui ipsius, agere pœnitentiam, & vitam tuam in melius commutare: hinc vero ad proximū tuum cōversus, preces pro ipso funde, ut De⁹ similiter ipsi cognitionem & emendationem largiatur, pro sua paterna benevolentia. Atque hoc pacto bonamens bonusque animus aliorum defectibus proficit, & à temeritate judicandi præservatur.

*Aliena delicta quomodo spectare oporteat.*

## CAPUT XII.

QUEMVIS CHRISTIANUM SALTEM semel quotidie debere ab omnibus

bus